

GENERALLES VINDICIAE,

ADVERSVS FAMOSOS
GASPARIS SCIOPPII LIBELLOS,
SOCIETATI IESV.

AB

ALBERTO DE ALBERTIS,
EX EADEM SOCIETATE, TRI-
DENTINO, ET IN MEDOLANENSE
COLLEGIO, SACRARVM LITE,
RARVM PROFESSORE
DATAE,

*Ex dono
Hieronim
Cordo*

*P. Pezzi
mi de
ba*



*Bibliotheca Collegij Legonis Salmantini Sc.
Permissu Superiorum*

MONACHII,
Formis LVCÆ STRAVELLI

ANNO M. D. C. X. LIX.

CHRISTIANO

LECTORI.



ELIORA esse diligentis
vulnera . quam fraudulen-
ta oscula blandientis , a
à Diuinâ Sapientiâ me-
moriæ ac litteris man-
datum , constat . Ita exaduersum nihil
ab dito tenebris oque hoste infe-
stius , nihil nocentius . *Plinius lib. 9.
cap. 44. Abdito hoste nullus perniciosior.*
Aries piscis grandium nauigiorum
vmbra occultatus , si quem fortè nan-
di voluptas inuitet , insidiosè præsto-
latur ; tum piscantium cymbas , elato
extra aquam capite , callidè specula-
tus , latenter illico adnatat , cásque re-
pentino mergit . *b Baiazetes pariter*
Turcarum Imperator , quum pacem
Serenissimæ Reipub. Venetæ dedisset ,
*Dalmatiam ac mare Adriaticum eius-
dem Reipub. ditioni subiectum , cæ-
de , direptione , igni suis à militibus*

A fœdè

*a Prou. 27. b Alfonso Ulla lib. 1.
Vita Caroli V.*

C A P. I.

Ignominia pro Christo Domino , na-
tari , aut calamitatibus affici , præ-
claram esse gloriæ immor-
talis notam..

Num. I. Effeminati virtutis affectus

MISERITAS animarum, quæ terrarum so-
 lo continentur affixæ, sublime nihil.
 nihil cœlestis patræ cogitare solitz,
 aut gnaræ sunt; ut in humanarum
 rerum indicaturæ supra vulgi captura
 nunquam assurgunt, ita in grassan-
 tium calamitatum estimatione foedè semper allu-
 cinantur. Quippe intempestiuis illis, fucatisque
 Iobi Sancti amicis, qui pios à Deo in hac vita for-
 tunari omnes, contra verò impios cunctos æru-
 nnis vexari, insani opinabantur, planè suppare p-
 cuiusque probitatem hominis secundis rebus, im-
 probitatem aduersis non minus ineptè metiu-
 tur, quam improbè mentiuntur. Si cui enim egre-
 gia facinora inuidiam conflant, si quem animi ex-
 celsitate, morumque innocentia plebi exemptum
 inopia, maluerorum insectatio, pædor carceris,
 inualetudo, morborum carnificina, aut aliz acci-
 bitates exercent, illico sacerrimum caput, à quo
 Deus poenas exigat, interpretantur, hostiamque
 præcidancam, dignam proffus, quæ in Herculis fa-
 no (cui ingestis affatim maledictis, teste Laftan-
 tio, & exsacrificabanti) mactetur, vociferantur. Hos
 domi, atque in foro, in circulis, in basilicis, in vicis,
 in angiportis vñ cum illis congertronibus identi-
decim